



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

1. Testis quis dicatur? An probatio per testes in omnibus causis admittenda? Testes quales esse debeant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

sus, potest, inquit, fieri Sile, ut is, unde
 te audisse dicis, iratus dixerit. an-
 nuente Silo, Crassus iterum: potest
 etiam fieri, ut tu non rectè intelle-
 xeris. iterum annuente, subintulit:
 potest etiam fieri, ut omninò, quod
 te audisse dicis nunquam audieris.
 Hoc adeo præter expectationem, ut
 Silum testem omnium risus obrue-
 ret. *Man. lib. 6: apoph.* Quæritur, an Si-
 lus à testificãdo prohiberi potuisset,
 tanquam non idoneus testis? *Resol.*
pete ex num. 1. & 2.

r.

Inter modos negata ab adversario pro-
 bandi, communissimus est, qui fit per
 testes, multoq; efficacior, illo qui fit per
 instrumenta, cum etiam falsitas instru-
 menti, vel quod deest instrumento per
 testes probari possit. *cap: cum. Ioannes de fi-*
de Instr: modusq; hic probandi in omni-
bus judiciis & causis locum habere po-
test, tam criminalibus, quàm civilibus. cap.
in omn: 4. h. t. tam Ecclesiasticis, & spiri-
 tuali-

tualibus, quam profanis, *cap. in causis 15. b. t.* tam in prima, quàm in secunda instantia *cap. fraternitatis 17. eod.* Dicitur autem testis, qui ad fidem alicuius rei faciendam accersitur, & ut testes probent debent esse idonei, & fide digni, seu ut dicitur omni exceptione maiores *cap. 1. h. t. L. optimam C. de contrahend. & committ. stipulat.* quales sunt quicumque à SS. Canonibus vel legibus expressè non prohibentur.

2. Quidam autem prohibentur generaliter, ob ætatem & iudicii infirmitatem, ut sunt furiosi, amentes. *cap 1. h. t. L. 2. C.*

3. §. *Lege Julia. eod:* quia iuramentum, sine quo testi non creditur, præstare nequeunt: ob quam rationem, impuberes etiam lex julia nominatim testes esse vetat. *3. ff. de testibus.* Puberes, non vetat: in criminalibus tamen causis speciatim exigentibus annos 20. *L. in testimonium 20. ff. eod:* in civilibus annos 18. quod longè verius est, impubes de iis, quæ impubes vidit testimonium ferat: quia nusquam revera prohibetur: & cum servus factus liber dicitur testimonium pro vel contra dominum potest ferre, de iis quæ in servitute existens vidit.

notie